M. CHRISTOPHERVS OSTVALDVS FOROPAGANVS LECTOri bene recteq; ſapere.

BEne hunc diſputandi morem, qui multas hodie poſsidet Academias, inſtitutum á ueteribus teſtantur eruditiſsimi quiq;, ubi & dubitata & abſtruſa ad trutinam atq; examen reducuntur, in quo uериſimillima atq; probata ex opinionibus in medium adductis reſerantur. Proinde ne ego tam laudatæ conſuetudini refragari uidear. Infraſcriptas has, quæ dubitatæ á multis reperiuntur poſitiones, publicæ diſputandas mihi perſuaſi. Nulla quidem ambitione, nullaq; oſtentatione ad uoluendum hoc ſaxum prouocatus: uerum omnium in hoc noſtro gymnaſio philoſophantium gratia, quibus cum exerticium tam præclarum et celebre ſuſcipiendum cenſuimus, in hanc harenam deſcendere placuit. Valete, noſtroſq; conatus ſedulos boni æquiq; conſulite. Ex Muſæo noſtro Ingolſtadij die 5. Idus Auguſti Anno poſt Chriſtum natum 1542.

QVAESTIO PRIMA EX PHILOſophico campo deprompta.

V. Interioris alicuius ſenſus defectu, neceſſario ſentiendi functio impediatur?

QVAESTIO ALTERA EX MEdicinalibus decretis deſumpta.

An ſicut uitæ ſalus, ita & animantis periodus, quatuor primarum qualitatum temperamento diſtemperamentoq; conſiſtat.

QVAESTIO TERTIA.

V. Quemadmodum ægrotantium in uictus ratione errata, uel etiam medici imperitia, importunæ pharmacorum ingurgitationes, prorſus circuituum ordinem euertere, nouasq; haud raro acceſsiones inducere, ita & demum criſim morbiq; ſolutionem impedire operepretium ſit.

CONCLVSIONES PRIMAE Quæſtionis.

1 Senſuum noſtrorum (qui qualitatibus primarijs afficiuntur quatuor) leſione, imaginatiua uidelicet corrupta &c. aut quacunq; alia ſingulatim, perfecta haud fit ſenſatio.

2 Cum Auerroe quatuor ponere ſenſus interiores non inepte nobis uiſum eſt.

3 Citius a frigido & calido, q̄ humido & ſicco, ſiquidem hæ qualitates paſsiuæ exiſtunt, ſenſuum interiorum defectus prouenire intelligimus.

CONCLVSIONES SECVNDE QVAESTIONIS.

1 Elementa ſunt quatuor, quorū nomine corpora afficiuntur morbis, debilitata uero atq; male affecta reſtituuntur.

2 Qualitatum exceſſus, cauſa mortis, temperies uero cauſa ſalutis, ac uitæ perſeuerantiæ eſt.

3 Animantis uitæ periodum, cum Galeno, in temperamento & diſtemperamento elementorum conſiſtere affirmamus.

4 Omnium rerum qualitates, ad uſum humanum ac uitæ ſalutem creatas eſſe, tradunt paſsim eruditi.

CONCLVSIONES QVAESTIONIS TERTIAE.

1 Quemadmodum ipſis quoq; ſanis uictus deprauatus, ægrotandi occaſionem adfert, ita arbitramur magis etiam morbo laborantibus ex erroribus admiſsis, nouas acceſsiones fieri.

2 Criſis perfecta, nobis morbi ſolutionem demonſtrat.

3 Raro (ut nos intelligimus) in forti natura criſis nuncius eſt malus.

CORROLARIA.

1 Omnium ſenſuum & interiorum & exteriorum, Intellectus non ut ſenſus, uerum regis in metropoli, officium prebere uidetur.

2 Lætargicos atq; phræniticos, ſolum uitio uentriculorum cerebri infeſtari, ingenue fatemur.

Multi, ut tradunt authores, morbi ſunt incurabiles, ſicuti Elephas & Hydrops, obſtanti tamen principio. Medico miniſtro naturæ, nullus eſt morbus qui curari non poſsit

AD LECTOREM.

Quam bonus hic ſit congreſſus, quantumq; probetur
Experta docti commoditate ſciunt.
Senſibus á noſtris nam quæ, ſubmota uidentur,
Re Democraticæ conueniente ſpei.
Doctorum pugna fiunt hinc certa uirorum,
Et medio apparent lucidiora die.
Hoc quodcunq; tamen ſtudij laudabile noſtri.
Candidus accipias, Lector amice rogo.
Nec me tam famæ, nec me tam laudis egentem
Tantum onus ut proprio Marte tuliſſe putes:
Sed præceptorum monitis parere neceſſe eſt,
Queis maiora quidem non renuiſſe licet.

C. R. F.

84

A. 1542